



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Pragensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

Conflio, & iuris clarus honore fuit.
It sua viuit adhuc post funera, nominis extare
Gloria, mens cælo reddit a, corpus humo.

IN COLLEGIO I. C. AD IMAGINEM

Iustitiae, hi duo versus leguntur.

reddo cuique suum, sanctis & legibus omne
Concilio mortale genus, ne crimine viuat.

PRAGENSIA.

IN PRAGAM IVL. CAES.

SCALIGER.

Septa metallifero circum quæ monte superbie,
Hercinia in medio Martia Praga sinu,
Linque alij spopulus tanta munimina sedis:
Quineque ant armis iura tenere loci.
Namq; tuum est, non praesidio turgere locorum:
Sed loca praesidijs fidere posse tuis.

SIGISMUNDI HVNGARIAE ET BO-
HEMIAE REGIS.

Cesar & Imperium tuus & ego ROMA, sacratum,
Rexi non ense, sed pietatis ope.
Pontificem summum feci, spretus tribus, vnum,
Lustrauit mundum, schisma negando malum.
Obiit v. Id. Decemb.

D. O. M. S.

E T

PETRI MONAVII Vratislauiensis, Patriae
famii.

familia nati, Sacr. Cæs. Maiest. Medici, virorum
linguarum, & bonarum omnium disciplinarum
cognitione cum singulari pietate coniuncta cla-
riss. MEMORIAE.

Obiit anno M. D. LXXXVIII. XII. Maii.
A Etat. XXXVII.

ALIVD.

Vis multa paucis discere, hospes? hoc audi.

P E T R V S M O N A V I V S clausus hac iacet
tumba.

P E T R V S M O N A V I V S: sed sat hoc, sat audisci.
In nomine ipso cuncta iam recognoscis,
Iam pridem in illo que fuisse, cognosti.
Nam fama nulli muta, tuq; non surdus.
Venerare tumbam, dic bene, hospes, & gaude,
Resciscere & hoc hic, forte quod minus scibus.
Vix plura didicit paucioribus quisquam:
Vix plura quisquam paucioribus discep.

ALIVD.

M O N A V I O S totū dum conscientia fama per orbem

Fratrum vehit par nobile:

Inuidit celum, terrisq; migrare, IACOBO,
P E T R V M iubet, superflite.


Scilicet ut terras alter repleret, & alter
Diviso Olympum lumine.

O fortunatos fratres, quorum unus honoris
Terra ambitus non sufficit!

M V SAEI

MVSÆI SVI PARIETI IN SCRIBEBAT HAEC PRAGA DISCENDENS Fridericus VVidebramus Naumburgensis, exsul.

Hic fudijs miscere preces, lacrymasq; solebam,
Tristis in exilio cum VVidebramus eram.
Solum eram, nec eram tamen illo tempore solus.
Quando suo mecum numine Christus erat.
liber ab exilijs dimissus carceret tandem
Rursus in exilium triste profectus eo.
Patria terra vale; caelestis patria salve,
Qualibet est fortis patria terra, Vale.



GORLICENSIA.

D. O. M. S.

Sirenum instar habent ignauo perdita luxus
Lustra, domus, filia, rura, popina, Venus.
Que fugiens, Emerice, caua trabe cerula sulcas,
Multas solo passus, multas periclas alo.
Igo sedens virtus rediuiua ad busta Iehouæ
Donatum merito vexit honore domum,
Et non parcus opum patriæ hac monumenta locaret.
Virtutis figens celsa tropæa tue.
Iuc geminas tendens palmas, passoq; capillo,
Vitam se Siren sub tua iuria dedit.

Imitare virtutem, non æmulare:
Virtutem colere par est, non inuidere.

Anno Christ. CIC. IC. LXXVIII. M. IV.

D. O. S.